1718

Piatkowski in rem Sadow: Skich Coniugu Scriptum Roborat

Sacrowskie Conjugum Utriusque vel eorum posteros, Ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense Eo hinc recessu supra scripto quod ad respondendum spectat mediante semper in Primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare Juri parere respondere Damna Status Termino Luere, Incompetentia praesenti satisfacere ac omne Jus causae par debebit et tenebitur seque ac suos Successores ad eadem praemissa omnia inscriptione obligat praesentibus Illum Terminum primum peremptorium et alios omnes eo modo consequentes causae eiusdem Terminos semper peremptorios vero inscriptionis summatim, protractione minorennitate, Successione, Legatione vel extra Regnum seu motu militari ad munimenta ad Evictionem vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad Quietationem praeterea ultra terminos Officij praesentis Castrensis Capitanealis Premisliensis terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones appellationes ac eadem praesentiones faciendo ac praemissa omnia praemisso simpliciter vel implicite Evasionibus suspensionibus, fatalibus Juris Contemptibus Terrae bello Conventibusque ac alijs quibuscunque Juris remedijs et defensionis non sub effugiendo nec alio quovis modo Evadendo, Haec ita praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Fredro Religiosae Fredrowna Conventus Premyslien S. Benedicti Debet

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosus Christophorus de Plezowice Fredro sanus mente et corpore existens a Jure Terrestri Juribusque Jurisdictionibus suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Jurisdictioni quo ad actum Juris attinet sese succumbens ac bona sua quaecunque totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse Religiosae ac Devotae Virgini Catherinae Fredrowna Sorori suae Germanae moniali et Professae Conventus Premysliensis Regularis Sancti Benedicti Conventui praesenti Premysliensis Summam Sexcentorum florenorum Polonicorum monetae et numeri in Regno currentis quemlibet florenum grossos triginta Polonicos computando certi, veri, iusti, mutuatos apud ipsum se Recognitos pecuniae modo simplici debiti tenetur atque debet, Quam quidem Summam supra scriptam Sexcentorum florenorum Polonicorum idem suprascriptus Recognoscens Generosus Christophorus de Plezowice Fredro se suosque Successores in et super bonis suis quibuscunque praecipue in bonis Villae Temeszow in Palatinatu Russiae et Districtu Sanocensi consistentibus Summamque quibusvis pecuniae habet et habebit supranominatae Religiosae Catherinae Fredrowna eiusque Succedaneis inscribit et obligat praesentibus